AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 33r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ipse autem iohannes habebat uestimentum de pilis camelorum & cetera. Quod sicut ē non mirum. sic interrogat quid diceret de seipso sicut narrat iohes euangelista. ego aut uox clamantis in deserto. sicut iam diximus erat p̄cipiens ut agerent penitentiam.
De uestitu eius & uictu ita matheus sequitur dicens. Ipse autē iohes habebat uestimentum de pilis camelorum & zonam pelliciam circa lumbos eius. Esca autē ei erat locusta. & mel siluestre edebat.
Hoc & marc̄ dicit pene totidem uerbis. cetera autē duo tacent.
Sequitur g̃ matheus & dicit Tunc egrediebat ad eum iherosoluma & omis iudea & omis regio circa iordanen. confitentes peccata sua. Videns autem multos pharisaeorum & saduceorum uenientes ad baptismū suum dixit eis. Progenies uiperarum. quis demonstrabit uobis fugere ab ira uentura. Facite g̃ fructum dignum penitentiae. & ne uelitis dicere intra uos. patrē habemus abraham. Dico enim uobis. qm̄ potest ds ex lapidib̄ istis suscitare filios abrahae. Iam enim securis ad radiceorum arboris posita est.
Omis g̃ arbor quae non facit fructum bonū. excidetur & in ignem mittetur. Ego quidem uos baptizo in aqua in penitentia. qui autem p̄ me uenturus est fortior meē. cui non sum dignus calceamenta portare. ipse uos baptizabit in spū scō. & igni. Cui uentilabrum in manu sua. & p̄mundabit aream suam. & congregabit triticum suū in horreum. paleas autem comburet igni inextinguibili. Haec omia dicit & lucas eadē pene uerba iohannis exp̄mens. Et ubi aliquid uarium est in uerbis. ab eadem tamen sententia non receditur. uelut cū dicit matheus iohannem dixisse. & ne uelitis dicere intra uos patrē habemus abraham. Ille autem. & nec epistis dicere patrē habemus abraham. ste. ego quidem uos baptizo aqua in penitentia. Ille interponit interrogationē turbarum quid facerent. & eis respondentem